

pro se anime largitus est facultatem, dicens, cum esses iunior cingebas te, &c. expende illud ad confessionem amoris inuitat, ut facultatem, &c. tam ingens est donum, tam magna pars pramij in hac vita pro Christo pati, quod ut Petro detur huiusmodi facultas, ter eius amor fuerit examinandus, ac probandus.

121.

Proiecit Moyses virgam in terra, quae statim versa est in colubram inhiantem, & quis non fugeret a facie serpentis, qui mortem minabitur? Tunc ait illi Deus: *Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, & versa est in virgam*, Exod. 4. num. 4. Moyses qui fugiebat ab horrido ore serpentis, eum ad mortem persequentis, ubi tamen Dei voci obediens extendit manum, & eum apprehendit, iam non inuenit serpentem, sed baculum, quo sustentetur. Ecce in persecutionibus magna pars pramij; qui enim ex Dei amore, ac obedientia ad colubres, ac persecutiones saeculi extendit manus, illasque apprehendit, ac amplectitur, tantum abest, ut ibi inter sit serpens ad deuorandum, quod potius ibi inueniatur baculus ad fulcimentum, ac leuamen. Huc adduco D. Gregorium Nissenum lib. de vita Moysis: *Ut disceret, ait, quanta diuinitus sibi praestaretur, ita Deo iubente, huiusmodi pericula vsus est, virga manu in terram proiecta, in colubrum vertitur, rursusque recepta, quod prius erat, subito facta est. Expende illud, recepta, quod prius erat, subito facta est; ubi recipitur, fit quod prius erat, baculum nempe in sui sustentaculum.*

Exod. 4.

Persecutio pro Christo vertitur in sustentaculum.

Nissen.

QVÆSTIO XIX.

Quare pro relictis bonis temporalibus abundantiora bona temporalia dantur in pramium?

122. Ratio dubitandi.

IT Christus Dominus iuxta D. Matth. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, &c. expressius D. Marcus refert: *Nemo est qui reliquerit domum, &c. aut agros propter me, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, fratres, &c.* Quomodo his, qui reliquerunt omnia bona temporalia, in pramium assignantur abundantiora bona temporalia tribuenda? Nam si meritum est relectio opum, ad quid centies multiplicata opes destinantur in pramium?

123. Temporalia tunc possessa, cum contempta.

Respondeo. Primò. Pro facultatum abiectione multiplicata bona pro remuneratione dantur, quia eorum neglectus illorum est larga possessio, & cum huiusmodi bona contemnuntur cum magno actuario possidenda veniunt. Apte D. Zeno Veronenf. serm. de spe, sic ait: *Huc & presentia subiaccunt, & futura: ista, quia contemnit: illa, quia sua esse presumit. Quia Apostoli omnia presentia, & futura contempserunt, ideo & illa possiderunt.*

124. Deus dat bonum ad meriti occasionem.

Secundò. Omnium rerum abrenunciatio magnum meritum est coram Deo; pro dimissis verò diuitiis nouas affluenter Dominus concedit, ut dum has reiecerit ad nouum meritum altius ascendat homo; D. Pasch. lib. 5. in Matth. obiter expendens illud Matth. 10. num. 7. quod Dominus suis Apostolis mandauit: *Euntes predicare. Euntes, inquit, ac si ut non quiescant, sed semper iter arripiant, ait Sanct. Pater, suos Apostolos ad aliorum promouet, ut maiori merito crescant.*

Paschaf. Matth. 10.

Tertiò. Opes, ac bona temporalia vtrumque possessa, verbi gratia, ex propria industria, vel ex maioribus accepta saepe fomenta sunt vitiorum, ex quo valde vile eas relinquere; at vero illa, quae à Deo dantur materiam virtutibus ministrant, ex diuina donatione combinationem, ac proportionem habent ad virtutem. Hac autem cogitatio desumitur ex Imperfecto, homil. 14. in Matth. explicante illud orationis Dominicæ: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Vbi dubitans metitò, inquit, quomodo diues, qui frumenta habet in plures dies, & annos, valeat instanter petere à Deo panem, quem abundanter habet. Quis enim id, quod habet, petit? Responder ipse: *Intelligendum est, ait, quia non solum ideo oramus, panem nostrum da nobis, ut habeamus quod manducemus: sed ut quod manducamus, de manu Dei accipiamus. Nam habere ad manducandum commune est inter iustos, & peccatores. De manu autem Dei accipere panem, non est commune, sed tantum sanctorum: dum enim à Deo datur sanctificatus accipitur, expende vltima verba: sanctificatus accipitur; dicens, ac alliciens nempe ad omne bonum.*

125. Bona data à manu Dei ad virtutem inducunt.

Imperfecto.

126. Ambros.

Magis alliciuntur homines pramio presenti, quàm futuro.

127. Ambros.

Spe dilatata cruciatur animus.

128. Psal. 118. Hebr. Mendoza.

Pro. 13. Hebraeus.

Genes. 6. Cunctatio in desiderio dolor animi. Olfacter.

est, quod dicitur dolor cordis: inter omnes hic vehementior est. Ut de homine delendo ingens Domini dolor exaggeretur, dicitur, *tactus dolore cordis intrinsecus*, Gen. 6. num. 6. Vbi ait Olfacter. *Vide quantum malum peccatum sit, ut faciat Deum corde dolere. Est enim dolor cordis inter ceteros acutior. Dolor cordis inter omnes est acutissimus. dicitur spes dilatata dolor cordis, ut denotetur, quod omnibus sit vehementior, ac penetrabilior.*

Matth. 19. Multi autem erunt primi, num. 30. nouissimi; & nouissimi primi.

EXPOSITIO IV.

129.

VERSIONES, ac interpretationem apponam in fine sequentis cap. ac parabola. Solum hic adnotandum duxi, quare Christus superiorem promissionem Apostolis factam, his verbis concludat; Tacite occurrit Dominus obiectioni, quae ab Apostolis poterat eformari; quomodo scilicet fieri poterat, ut homines viles sine literis sederent ut iudices, cum multa maiestate ad iudicandos duodecim tribus Israël, in quibus erant multi viri insignes nobilitate, literis, ac auctoritate: ideo concludit Christus Dominus: *Multi erunt primi, qui in hoc saeculo videntur primi, in altero tamen erunt nouissimi; & multi, qui in hoc saeculo sunt nouissimi, utpote viles, & abiecti; in altero erunt primi.*



CAP. XXXIV.

Operarij ad vineam.

Matth. 10. Simile est regnum Caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

Num. 2. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Simile est regnum Caelorum viro domino domus, qui exiit summo diluculo ad conducendos operarios pro vinea sua.

Pagnin. Euthymius. Qui exiit statim diluculo. Ut mercede conduceret operarios.

Vatabl. n. 2. Pactus autem cum operariis denario in diem misit eos.

Theophylact. Conuentione autem facta cum operariis in singulos dies.

Euthymius. Cum operariis ex denario per diem.

EXPOSITIO I.

RESPONSIONEM datam Petro superiori cap. concluderat Dominus his verbis: *Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.* Hanc eandem sententiam confirmat, ac exponit sequentibus; ut notant D. Remig. Pasch. ac omnes interpretes; vnde in clausula parabola eandem sententiam reassumit. Ex quo constat, quod haec parabola sit connexa cum antecedentibus, ut probat Abulens. q. 1. & etiam, quod seopus, ac finis huius parabola est ostendere, multos primos esse nouissimos; & nouissimos primos, de quo iam aliqua dixi in fine superioris cap. exposit. 4.

1. Remig. Paschal.

Abulens.

2. Carthus. Hugo.

Caictan.

Alb. Magn. D. Thom.

Syriacus.

Carthus.

3.

Plinius. Budaeus.

QVÆSTIO I.

Totius parabola sensus explicatur.

SCIENDVM est olim, dies à Solis ortu vsque ad occasum in duodecim horas diuidi, iuxta illud

4.



Ioan. 11.

illud Christi Domini: *Nonne duodecim sunt horae diei?* Ioan. 11. Præterea diuidebatur dies in quatuor partes, quarum quilibet tribus horis constabat; sicut & nox in quatuor stationes, seu vigiliis militares diuidebatur. Prima diei hora, erat illa, qua sol oritur, post tres horas; hora erat tertia; post alias tres horas, hora erat sexta, siue meridies; iterum post tres horas à meridie hora nona vocabatur; post vero alias tres horas in solis occasu hora duodecima erat; vndecima autem hora vna erat ante solis occubitum. Ex quo bene intelliges, quibus horis operarij ad vineam vocati sunt.

Quomodo hora olim diuisa deuantur.

Quæstio est. Quænam sit parabola medulla, seu quinam sint primi illi, qui nouissimi, ac extremi facti sunt? & quinam sint nouissimi, qui facti sunt primi? dubium est inter Auctores, sicut & ex maiori parte conueniunt, quod per vineam intelligitur Ecclesia, de quo multa dicunt interpretes. Breuiter tamen:

6. Origen. August. Gregor. Palchal. Beda. Zachar. Haymon. D. Thom. Hugo. Carthus.

Prima sententia est, quam tradunt Origenes tract. 10. in Matth. D. Augustin. serm. 59. de verbis Domini, D. Gregor. homil. 19. in Euang. D. Pasch. lib. 9. in Matth. Beda, Zacharias Episcopus, Haymon, D. Thomas, Hugo, Carthusian. & alij. Qui per primos vocatos intelligunt Iudæos, per nouissimos vero Gentiles. Dies ergo, quo Paterfamilias exiit, est spatium huius sæculi. Qui quidem dies nobis longus videtur, si tamen cum Dei æternitate comparetur, breuissimus est. Prima hora temporis spatium est ab Adam vsque ad Noë. Hora tertia, à Noë vsque ad Abraham; hora sexta, ab Abraham vsque ad Moysem; hora nona à Moyse vsque ad Christum; hora vndecima, à Christo vsque ad vesperam, id est, vsque ad diem iudicij.

Deus ergo Paterfamilias toties suæ Ecclesiæ gubernator, ac rector exiit conducere operarios ad suam vineam, homines nempe ad suam Ecclesiam proposito præmio. Iudæi fuerunt primi; Gentiles vero nouissimi. Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis: *Vobis oportebat primum loqui regnum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Act. 13. num. 46. Iudæi ergo, qui erant primi, facti sunt nouissimi, extremi nempe, quia Christum non receperunt. Gentiles vero, quia in Christum crediderunt. Multi enim ex Iudæis vocati sunt ad fidem Christianam, pauci vero ex illis fuerunt electi. Et ideo Iudæorum natio, quæ prima erat, facta est postrema. Et gentilitas, quæ nouissima erat, in recipienda mercede primas tenet.

Act. 13.

Dices. In parabola proponitur, quod primi, & nouissimi eandem mercedem receperunt; at Iudæi facti nouissimi non receperunt mercedem, quam recipiunt Christiani, æternam nempe beatitudinem, sed gehennalibus poenis cruciari. Respondetur primo. Cum D. Chrysof. homil. 65. in parabolis, inquit, non oportet nimia cura in singulis verbis perangi. Sed cum quid per parabola intendat Dominus, didicerimus, inde utilitate collecta, nihil ulterius, anxio conatu, inuestigandum est. In parabolis ergo non necessarium est, rei significatæ omnia adamussim accommodare; sed ad scopum, ac finem parabola est attendendum. In tota hac parabola nihil aliud significatur, quam Gentiles, qui fuerunt nouissimi vocati, credentes tamen in Christum præferendos esse Iudæis, qui existerunt vocati, cum legi, & Moyfi pertinaciter

Ecce primi nouissimi, & nouissimi primi.

adhærentes Christum contempserint, eis præferuntur Gentiles, tam in gratia, & Ecclesia militante, quam in gloria, & Ecclesia triumphante. Hoc docet passim D. Paulus præcipue Epistola ad Rom. & ipsemet Christus Dominus Luc. 13. n. 28. *Cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras; & venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & recumbent in regno Dei.* Ita locum explicant communiter Recentiores. Iansen. Caietan. Barrad. Burgenf. Cornelius, & alij.

Luc. 13.

Iansen. Caietan. Barrad. Burgenf. Cornel.

Quod magis sic explico: Euangelium primo annunciatum est Iudæis, à quibus cum fuisset repudiatum, per Apostolos prædicatum est Gentibus, quæ recipientes Christi fidem primatum tenent in Ecclesia; Iudæi autem conuertendi sunt ad fidem proxime ante diem iudicij, & nouissimi ingredientur in Ecclesiam. Ioel. 3. num. 1. *Ecce in diebus illis, & in tempore, cum conuertero captiuitatem Iudæ, & Ierusalem congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Iesaphat.* Quod latè docent D. Augustinus, Hilar. Cyrill. quos citant Ribeira, Cornelius ibi, Suar. tom. 2. ad 3. p. disput. 56. sect. 1. §. *Hinc addo.* Ecce qui erant nouissimi, v. g. Gentiles, sunt primi in Ecclesia, & qui fuerunt primi vocati, facti sunt nouissimi.

9.

Ioel 3. Iudæi in fine mundi conuertentur.

Cornel. Ribeira. Suarius.

Dices secundò. Ex dictis videtur sequi omnes beatos recipere æqualem mercedem, siquidem omnibus operariis datus fuit idem denarius diurnus. Resp. cum D. August. serm. 59. de verbis Domini, Tertullian. de Monogamia cap. 10. Imperfecto homil. Titelman. & aliis. Quod omnibus datur eadem merces in communi, ac genere; omnibus enim beatis confertur vita æterna, quæ in omnibus est æterna; non tamen eadem merces in specie, ac in particulari, sed valde diuersa in singulis est. *Stella ab stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum,* 1. Corinth. 15. n. 42. Sic & denarius nummus communis erat sub le multis continens species, & formas. Denarius enim alius erat aureus, alius argenteus, alius æreus. Et quod operariis dispar merces fuerit data ex eo patet, quia nouissimi, qui vndecima hora venerunt, aliis prælati sunt, qui prima, tertia, & sexta hora venerunt; nam licet hi diutius laborauerint, illi tamen maiori gratia, diligentia, ac feruore laborauerunt, fieri enim potest, vt aliquis tantum vna hora laborans præ mentis ardore, ac diligentia, tantum mereatur, quantum alius tota die laborans promeretur, minore ardore, ac diligentia operans. *Consummatus in breui, expleuit tempora multa,* Sap. 4. n. 13.

10.

August. Tertullian. Imperfect. Titelman.

1. Cor. 15.

Sap. 4.

Secunda sententia, & interpretatio præsentis parabola est D. Basilij in regulis breuioribus, Interroga. 224. D. Chrysofom. Augustini, Hieronymi, Bedæ, Euthym. D. Fulgentij, Epist. 7. qui diuersas horas diuersas vniuersiuiusque hominis ætates intelligunt. Primam horam esse infantiam; tertiam, pubertatem; sextam, ætatem virilem; nonam, ætatem in senectutem inclinantem; vndecimam vero, ætatem valde senilem. Nonnulli enim à prima infantia, & ab vtero matris sunt vocati; vt Ieremias, Ioannes Baptistæ; alij vero aliis ætatibus.

11.

Basil. Secunda sententia. Chrysof. August. Hieron. Beda. Euthym. Fulgent.

QUESTIO II.

Quare hic Dominus vinea dicitur homo, & Paterfamilias?

12. Ratio diffinitiva. Marth. 13.

ICITVR: Simile factum est regnum calorum homini Paterfamilias. Non solum dicitur homo, vt in illa alia parabola de zizania; Simile est regnum calorum homini, qui seminavit bonum semen, Marth. 13. n. 24. sed etiam dicitur paterfamilias.

13. Iob 5.

Respondeo primò. Quod homo homo sit natus ad laborem, Iob 5. n. 7. ex proprio nomine laborem significat, & etiam discretionem ob rationem illi datam. Paterfamilias verò vigilantiam ex suo nomine importat, seu vt vult Albert. Magn. prudentiam. *Omnia scriba doctus in regno calorum similis est homini Paterfamilias,* Marth. 13. n. 25. Ex his ergo habes, quod cum homo significet laborem, ac discretionem. Paterfamilias verò vigilantiam, & prudentiam. Insinuat in præsentem, quod laborandum sit cum discretionem, vigilantium verò cum prudentia, Prou. 2. n. 11. *Ait Sapiens: Consilium custodiet te.* Græca scholia habent: *Consilium vigilabit pro te.* Vbi enim coniungitur vigilia cum consilio, statim custoditur homo ab omni malo, & incommodo. *Ecce vigil sanctus de celo descendit. Clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem,* Dan. 4. num. 10. *Vigil sanctus.* Alij legunt vigil iustus, vbi vigilia coniungitur cum iustitia, & sanctitate, statim habet vires ad clamandum, ac ad præcendenda omnia vitia in arbore denotata.

Alb. Maga. Marth. 13.

Vigilandum cum prudentia. Prou. 2. Græcus.

Daniel. 4.

14. Hieron.

Secundò. Homo dicitur ob humanitatem, & clementiam, vt notat D. Hieron. in cap. 22. Marth. num. 7. *Quando agebat opera clementia, ait, hominis nomen appositum est.* Paterfamilias verò appellatur ob curam, & sollicitudinem erga totam suam familiam. D. Chrysof. in Imperfect. homil. 34. *Homo, inquit, Paterfamilias Christus est, cui cali, & terra quasi vna est domus.* Ita Deus amissim de omnibus habet curam, & prouidentiam, vt sollicitus Paterfamilias de sua domo, ac de omnibus ad illam spectantibus.

Chrysof.

Divina prouidentia vsque ad minima gubernat omnia.

15. Iſai. 6.

Septuag.

Divina prouidentia valde singularem ad omnia se extendit.

Luc. 8.

Geometra.

Videt Iſaias Dominum super folium excelsum, & eleuatum, & ait: *Plena est omnis terra gloria eius,* cap. 6. n. 2. *Quæ verba transferunt Septuaginta, ibid. n. 2. Et plena domus gloria eius.* Si orbis terrarum dicitur plenus, quomodo ab aliis legitur, *domus plena?* Nam orbis terrarum satis latus, ac vastissimus est; at domus dicitur habitationem quandam certis partibus determinatam; si omnis terra, quomodo domus dicitur? Sic Deus sua maiestate totam implet terram, eam dirigit, ac gubernat, ac si aliquam certam domum replet, ac reget. Et hanc prouidentiam vsque ad minutissima maximè significauit. Christus Dominus suis Apostolis dicens: *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt,* Luc. 8. num. 11. *Quæ verba explicans Geometra in Catena Græca ait: Accuratio diuine prouidentia, quæ procedit vsque ad minima, per hoc significatur.* Pro quo maximè faciunt verba Angeli ad Virginem: *Regnabit in domo Iacob.* Non dixit in regno Iacob. Vt notauit tom. 1. lib. 1. cap. 5. quæst. 42. num. 124.

QUESTIO III.

Quare Paterfamilias primo mane exijt?

16.

ONVS Paterfamilias non misit per seruos suos vocare operarios, sed ipse per se ad Syluira in Euang. Tom. IV.

tum exiit, eoque ad vineam suam adducit, cuius vinea ipse curam gerit. *Plantauerat autem Dominus Paradisum voluptatis,* Genes. 2. num. 8. Cur Moyſes scribit Dominum Paradisum plantasse? Nam vt ipse Scriptor canonicus ostenderet Dei potentiam, ait: *Dixit Deus fiat lux, & facta est lux.* Dixit Deus sunt luminaria magna, & facta sunt. Cur etiam non dixit Deus, fiat Paradisus, sed *plantauit Paradisum?* vel cur hunc non mandauit fieri per Angelos suos? Dicitur tamen Dominum plantasse Paradisum homini, vt (suum singularem amorem, ac curam erga eum declararet, quod ipse voluerit quasi hortulanum fieri pro homine. Anastasius Sinaita in Hexamer. *Deus etiam, ait, fuit hortulanus, & sua creatura administrator, quis Dei amorem tam eximium, non miretur, ac veneretur?* Sicut etiam semel, & iterum dicitur: *Posuit Deus hominem in Paradiso?* Genes. 2. num. 8. & 15. Non mandauit ponere, sed posuit, ad quid tendit huiusmodi repetitio? Sat erat semel dixisse: *Posuit hominem in Paradiso.* Ad quid iteratur sermo? Maximè gaudet Deus, quod homini in rebus suis sit administrator, & ideo ad eximium Dei amorem significandum, repetito sermone scribitur. D. Chrysofomus homil. 14. in Genes. *Ostendit nobis, ait, ineffabilem benignitatem Dei, quam in illam conulit, & repetens sermonem inquit, & accepit Deus hominem, & posuit eum in Paradiso.*

Genes. 2.

Deus maximè delectatur, quod homini admittit.

Anastaf. Sig.

Genes. 2.

Chrysof.

17.

Syriacus. Deus inuigilat super salutem nostram.

Exod. 12. Olearter. Caietan.

Septuag.

Iob 7.

D. Thom. Iſai. 21.

18.

Si princeps delictis indulget miraculi est, quod respublica non pereat. Iſai. 21.

D. Thom.

Ad quæstionem. Paterfamilias exijt primo mane; seu, vt habet Syriacus, *summo diluculo.* Nam ille bonus Paterfamilias, qui est Deus, maximè vigilat supra vineam suam, vt eam bonis repleat, & à malis custodiat. De nocte illa, qua egressus est populus de Ægypto, dicitur Exod. 12. num. 42. *Nox ista obseruabilis Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.* Olearter, & Caietan. legunt: *Nox custodiarum est Domino.* Ac si denotari videatur Deum quodammodo ea nocte vigilasse super Hebræos ad eos custodiendos ab Angelo exterminatore, vt illos ex Ægypto educeret. Quem sensum videntur iudicare Septuaginta; legunt enim: *Nox ista custodia est Domino.* Ipse enim excubias agit, vt suos dominis repleat, & à malo tueatur. Vnde Iob 7. num. 20. Singularem nomine cum hominum custodem appellat, quod explicans D. Thomas ait: *Tantum sollicitudinem de hominibus habet quasi custos eorum.* Et Iſai. cap. 21. *Sic enim interpellat custos quid de nocte.*

Secundò. Summo diluculo exijt Paterfamilias, vt vocaret operarios in vineam suam: in ipso matutino tempore bonus hic Dominus vinea non cubat, nec dormit, sed vigilat; non indulget cibo, & potui, sed pro cultura vinea à domo sua exiit, iter arripit: discant & ab hoc agricultore principes, & reges non dormire in lectulis, nec indulgere delictis, sed surgere, vigilare, ac operari: pro custodienda sua vinea, regno, ac principatu, ne omnino pereat. Ait Iſaias 21. num. 4. *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mentem, contemplantur in specula comedentes, & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.* Quid est, quod ait Babylon, posita est mihi in miraculum; seu, vt explicat D. Thom. in admirationem? quodnam est hoc miraculum, vel admiratio? Contemplantur in specula. Mandat vt tanquam speculator videat, & consideret principes comedentes, & bibentes. Ecce miraculum, & admiratio magna, quod Babylon ciuitas magna staret, ac perfleret, & eius